



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta

Gallemart, Jean

Coloniæ Agrippinæ, 1621

Motvs Proprivs S. D. N. D. Pii Papæ IV. Svper Execvtione Concilij & litterarum eiusdem Sanctiss. contra Archiepiscopos, Episcopos, Pr[a]elatos, & alias personas Ecclesiasticas, non residentes in ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-39157

Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Dat. Romae
apud sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominice Millefimo
Quingentesimo Sexagesimo quarto, septimo Kal. Decemb. Pon-
tificatus nostri Anno quinto.

Ca. Glorietur.

Visa de Curia M. de Enciso.

H. Cumyn.

ANNO à Natiuitate Domini Millefimo Quingentesimo Sexage-
simo quarto, Indictione septima, die vero quarta mensis Decembris
Pont. Sanctissimi in Christo Patris & D. N. D. Pij diuina prouiden-
tia Papae quarti, Anno quinto, retrospectae litterae Apostolicae affixae
& publicatae fuerunt ad valuas Basilicae Principis Apostolorum de
Urbe ad valuas Cancellariae Apostolicae, & in Acie Campi Florae di-
missis in praefatis locis praesentium retrospectarum litterarum copijs
affixis; ut est moris; per nos Iulium Parinum, & Bernardinum An-
dreutium, praelibati sanctissimi Domini nostri Papae Cursores,

Antonius Clerici Magister Curforum.

**MOTVS PROPRIVS S. D. N. D. PII
PAPE IV. SVPER EXECVTIONE
Concilij & litterarum eiusdem Sanctissimi contra Archie-
episcopos, Episcopos, Praelatos, & alias personas Eccle-
siasticas, non residentes in eorum Ecclesijs.**

PIVS PAPA IV.



OTV proprio, &c. Cum tam per sacrosanctum con-
uenientum Concilium Tridentinum, quam etiam per
nostras litteras siue Bullas etiam desuper emanatas, &
inter alias sub dat. Romae, apud sanctum Petrum, an-
no incarnationis Dominicae M. D. LXXIII. septimo Kal.
Decembris, Pontificatus nostri anno quinto, manda-
tum sit omnibus Episcopis, Archiepiscopis, & alijs, quibus anima-
rum cura commissa est, omnes suas agnoscere, pro eis sacrificium offerri
verbiq; diuini praedicatione Sacramentorum administratione, &
honorum omnium exemplo pascere, pauperum, aliarumq; miser-
abilium personarum curam paternam gerere, & signanter muneris pe-
storalia, & eis diligenter incumbere & assiltere, aliaq; facere, quae
d. S. Concilio & in dictis nostris literis siue Bullis continentur. Quae
omnia nequaquam ab eis praestari & adimpleri possunt, cum gregi-
bus suis non inuigilant neque assilunt, sed mercedariorum more

Concil. Tri-
d. cu declarati.

maneat in
libro

nes suas deserunt: & propterea debuissent, & deberent omnes & singuli Episcopi, Archiepiscopi, & alij in dignitatibus Ecclesiasticis constituti & praefecti, & quibus animarum cura existit, iuxta divina praecipua, & praedicti oecumenici Concilij, ac praedictarum nostrarum literarum seu Bullarum vim, formam, continentiam & tenorem ad eorum respectu Ecclesias, dioc. ac alia beneficia quibus personalis residentia requiritur, ad effectum in eis personalem residentiam faciem sese contulisse, ac omnia & singula in eisdem praecipis Concilio & litteris siue Bullis respectu contenta adimpleuisse & obseruasse. Attamen, sicut accepimus, multi & multi praefatorum praeciporum & mandatorum contemptores, animarumque suarum propriae salutis immemores, & in dictis dignitatibus Ecclesiasticis quibus cura animarum imminet, ac Episcopalibus & Archiepiscopalibus respectu constituti praemissa facere & adimplere haecenus minime curarunt, sed distulerunt & differunt in graue animarum suarum, gregumque sibi commissorum periculum, & ouium suarum perniciosum exemplum & scandalum, sententias, censuras, & poenas propterea sibi inflictas temere, & damnabiliter incurrendo. Quae omnia cum non sint conuenientibus oculis aut impune praetermittenda, sed grauius, ut caeteris transeant in exemplum, cum iam per totos menses inobedientes fuerint, censuras praefatas sustinent. Motu proprio, & ex certa nostra scientia, deque potestatis nostrae plenitudine Dilecto filio nostro Alexandro Riario, Camerae Apostolicae generali Auditori cui alias etiam, seu praedecessori suo viuae vocis oraculo commisimus, ut dictos Episcopos, Archiepiscopos & alias personas Ecclesiasticas animarum curam habentes non resisd. poenas praefatas in dicto Concilio & litteris siue Bullis nostris contentas, incurrisse declararet, & ad illarum effectuaem executionem, aliaque grauiora procederet, viuae vocis oraculo commisimus. Tamen quia nonnulla monitoria contra certos Episcopos & alias personas praefatas in vim commissionis nostrae huiusmodi sibi factae tunc decreuerat & relaxauerat, ne in posterum de illius iurisdictione dubitari contingat, denuo eidem Auditori nostro nunc officium Auditoratus exercenda auctoritate nostra committimus, & mandamus, quatenus statim tam contra Episcopos, Archiepiscopos, & alios quoscumque Praelatos, tam in Vrbe quam alibi & vbiq; locorum existentes, & in proprijs dioc. non residen. constituto sibi, quantum sufficere videbitur summatim, simpliciter, & de plano, sola veritate inspecta & manu regia, de inobedientia propria usque ad sententiam exclusiue procedat, & deinde nobis referat, ut nos in Consistorio nostro secreto destratum nostrorum consilio, ut moris est, ad sententiam priuationis & depositionis Praelatorum inobedientium huiusmodi procedere valeamus, prout procedere intendimus: quo vero ad alios eorum animarum habentes, usque ad sententiam inclusiue procedat & exequatur iuxta formam & tenorem dicti Concilij & litterarum nostrarum praedictarum cum eisdem facultatibus, ut supra, ac alia faciat & exequatur.

quatur, prout in dictis literis siue Bullis continetur, cum potestate de-
tandi, inhibendi, excommunicandi, suspendendi diuini, declarandi,
interdicendi, aggrauandi, carcerandi, & brachium seculare, de-
cernendi, relaxandi & exequendi, aliaq; faciendi necessaria quomodo-
libet & opportuna. Contrarijs quibuscumq; non obstantibus, &
quod presentis nostri Motus proprii sola signatura sufficiat, ac vbiq;
idem faciat, in iudicio & extra, regula contraria, & alijs quibuscum-
que, omnibus expresse derogamus, non obstantibus.

Placet, Motu Proprio. I.

Præsentetur. *Amerin. Regem.*

BULLA S. D. N. PII, PAPE IV.
REVOCATORIA PRIVILEGIORVM, EXEM-
ptionum, immunitatum, facultatum, conseruatoria-
rum, indultorum, confessionalium, Maris magni, &
aliarum quarumcumq; similium gratiarum, quibus-
cumq; locis & personis concessarum, in his, in quibus
statutis & decretis sacri Concil. Trid. contrariantur.

PIVS EPISCOPVS,

SERVVS SERVORVM DEI,

ad perpetuam rei memoriam.

IN Principis Apostolorum Sede, meritis licet imparibus
diuina dispositione constitui, nihil neq; vniuersali Ec-
clesiæ, curæ & sollicitudini nostræ commissa, salubris,
neq; iniuncto nobis Apostolicæ seruitutis officio deo-
tius præstare possumus, quam quod prouidentis vestre
ministeria œcumenicum Concilium Tridentinum, licet nostris po-
tissimum auspicijs, summaq; sanctorum Patrum concordia per
misericordiam feliciter absolutum fuit: ita, per vniuersos, qui Chri-
stiana pietate censentur, vbiq; suspiciatur, & remotis, quibuslibet
obstaculis, ab omnibus æqualiter obseruetur. Cum itaq; in eodem
Concilio quam plura salubria & ad vniuersalem morum reforma-
tionem valde vtilia decreta atque statuta, maturo presentium pro-
rum examine præcedente sunt edita, quibus multa atque diuersa
privilegia, exemptiones, immunitates, dispensationes, facultates,
conseruatoriæ, indulta, & vt vocant, confessionalia, & Maris ma-
gnum, & alia gratiæ, quæ variis tam Cathedralibus, etiam Metro-
politans, quam collegiatis Ecclesijs, monasterijs, conuentibus &
alijs religiosis, etiam Fratrum mendicantium domibus & Ordini-
bus, nec non sancti Spiritus in Saxia, sancti Ioannis Lateranensibus,
ac Incurabilium de Vrbe, sancti Antonij Viennæ, & sancti
Bernardi Iuren. alijsque Hospitalibus, Militijs, eorumque Co-
pulis

Concil. Trid.
cū declarati.

in gratiam
in gratiam